

Iustitia itaque census defenditur, quia fundata in vero contractu venditionis, & emptionis fundi frugiferi. Et sicut licita est venditio cum pacto retrovenditionis, ut constat lex Levit. xxv. *Cuncta regio possessionis vestrae sub redemptionis conditione vendetur: ita licitus est census redimibilis, non computatus pensionibus in fortis pretium; quemadmodum nec in venditione fundi id peragitur. Si plura cupis de discrimine inter censum & mutuatitiam pecuniam, legis notrum comment. in Epist. Encyclicam BENEDICTI XIV. adver. usur. diss. 111. cap. IV. §. 5.*

XI. Obiiciunt 2. Ex censibus eadem que ex usura proficiuntur absurda. Nam emptores, seu censuiste alieno labore saginantur, alieno furore ditescunt, otio distrahunt, & opipare vivunt sine molestia. Denique gratuita caritatis officia evanescunt, dum divites mutuum redolentes, census occupantur; pauperes vero possessiones suas gravare censibus astringuntur, quia divites, qui mutuum tradere velint, non reperiunt. Resp. Divina providentia disposuit ut res mundana, caduca, & in perpetuo transitiva, ac veluti fluxu sint. Noluit ut divites semper divites, neque pauperes semper pauperes forent. Ideo honorum per venditionem, & emptionem transitum de uno in alium probavit. Videndum ergo, num divites initio contractu pauperum fundos acquirant; & tum absurda que hec consequuntur, improbanda. Contractus generatitius iniustus est: ideo mala que inde manant, in caput generatitius recidere debent. Censu iusti sunt, ut probavi: ideo immunes sunt ab absurdis, si que inde oriuntur.

CAPUT X.

De censu personali.

I. Aliud celebre, & familiare usure pallium, contractus trinum quam maxime affine, immo eidem sere insitum, discutendum hic incipio. Quae penes omnes certa sunt, desinenda. Discutendus primo est census a tributo, quod per capita omnia pendebatur Principibus. Nullas de hoc census nec de censu quo obligatur persona, pensione non soluta, in servitutum se tradere, cum id sit vel ipsi civilibus legibus vetitum.

II. Secundo competum omnibus est, censum personale licitum esse, quando pensiones reddende non excedunt pretium quod

pro eidem solvitur: quia tunc perinde esset ac si traderes tot. aureos mutuos, reddendos decennio, nempe decem quatuordecim. In hoc enim contractu nulla usura specietur. Similiter licitus est census in tempus incertum, quando ex utraque parte aequale sit dubium, & periculum, ut cum annuo pensionum maior, vel minor futurus sit quam pretium quod pro pensionibus solvitur: etiam enim tunc aler contractus, in quo spes lacris, & periculum damni aequalia forent.

III. Demum extra controversiam est, quod si occurrant iusti tituli, puta eius quod interest, licitam esse emptionem census minoris pretio quam valeat totus cumulus pensionum solvendarum; sicuti tunc licita est accessio supra sortem mutuo traditam.

IV. Quæstio ergo, in præsentem disputanda, est, utrum licitus sit census personalis, præteritum utrimque redimibilis, quando pretium non æquat cumulum pensionum solvendarum, sublato quocumque alio iusto titulo iurici cessantis, damni emergentis, periculo, aliave ratione.

§. I.

Testimonia Theologorum qui scripserunt ante constitutionem S. Pii V. de censu personali utrimque redimibili. P. Leonardus Lessius aliquum ponderatione interpretamentum.

Martinus Navarrus comment. de usura, num. 80. testatur fere omnes Theologos, & Canonistas damnare census personale.

II. Gabriel Biel in IV. dist. xv. quæst. xii. primus est qui a P. Leonardo Lessio laudatur tamquam propugnator census personalis utrimque redimibilis. Biel vero non defendit, sed tantum proponit hunc contractum peritorum iudicio. En illius verba. *Verum hoc dico RECITATIVE, & probabiliter, sciens quosdam Doctores notabiles hoc scripsisse; offero tamen ex animi peritorem.*

III. P. Leonardus Lessius sibi hæc verba Gabrielis Biel opponit Lib. II. cap. xxii. dub. 10. num. 56. & hac illa interpretatione excipit. *Nec obstat quod Gabriel in resp. ad 3. argumentum contra 4. conclus. addat, Verum hoc dico recitative &c. Sic enim loquitur SOLEMUS ad declinandam irridendam, quando aliquid NOVI, & receptæ opinioni adversum, ex nostra sententia profertur. Intellexim? Solemus sic loqui, quando in morum controversiis, & quidem gravissimis, novas procedimus opiniones, receptæ*

pro

ptæ doctrinæ adversas. Et quos Theologos complectitur P. Lessius hoc verbo, in pluribus numero usurpato, SOLEMUS? Clamant Antiprobabiliter omnes: NOS NON SOLEMUS; sed vos tantum soletis novas opiniones excogitare, receptæ opinioni adversas. Nos autem inquirimus: aut verum est quod dicitis, aut fallum. Si verum; timenda ne IESU Christi discipulis invidiam? Inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis, inquiebat Paulus, ad Galat. iv. Si fallum promittis, prius auribus, & demulcens captivitates, dechinare plebis invidiam, & populi favorem caprare potestis: at Dei iudicium effugere non valetis. Simili lenocinio usus est P. Giballinus, ut mirum contractum, inter timorem & pavorem a minoribus conceptum, propagaret, ut vidimus. Vitio ne, piculoque vertetur nobis, si in eiusmodi effata, unde falsæ opinandi modus sobolelicit, calamum acimus?

IV. Conradus Sanhemart citatur secundo loco a P. Lessio. Sed hic quoque Auctor locis ipsis citatis, nempe quæst. lxxxiv. concl. 4. & 5. non semel, sed pluries testatur le tantum de rigore scholastico, & scholasticè disputando, censum personale disculisse. Deinde concludit. *Hæc autem hic tantum scholasticè disputasse voluit, ut datur occasio lecturibus ad cogitandum super hoc diligentius. Opus tamen erit ut in talibus contractibus nihil novi admittatur, quo maligni possint uti in fraudem, & pallium usurarum usurarum: quomodum supra dixi, quod etiam si serventur æqualitas commutativa, non admittentur illam contractum, ubi facultas repetendi pretium remanet apud emptorem. Unde opus est aliquos contractus, licet in se æquos, reprobari propter abusum eorum, & latibulum larvæ de medio tollendum. Sexta conclusio. Generaliter loquendo sex modis depravatur emptio redditus redimibilis secundum sex circumstantias ad eius bonitatem requisitas. Brevitatis causa prætere omnes istas circumstantias, quibus depravari hunc contractum docet Conradus. Sed paucis moneo lectorem, Theologum hunc tantum abesse a censu utrimque redimibili probando, ut immo aperte illum dissoldeat, tamquam usurarum manifestum pallium.*

V. Tertio loco citatur Ioannes Maior, Doctor universitatis Parisiensis, qui laudibus extollitur ab Elia Dupin Tom. XIV. Biblioth. non alia ratione, nisi quod eidem similis sit, audax nempe in rebus innovandis. Ille ipse le primum trini contractus parentem prodit; ut iam monui in opere de usura, contract. trin. Conc. Thel. Tom. VII.

diss. 11. §. 4. Similiter primus fere est qui aperte censum personale propagavit. Illius auctoritas nullius plane ponderis est: quia in materia præteritum feneratoria ad laxiora declinat; & contra communem Theologorum sui temporis doctrinam suas opinuuncias evulgare non dubitavit; ut ille ipse ait in IV. dist. xv. quæst. xlix. *Dicam cum benigna suppositione opinionem meam particularem.* Opiniones autem istæ particulares in conscientiarum regimine cum suis Auctoribus resistentiende sunt.

XI. Dominicus Soto pro censu personali utrimque redimibili citari a pluribus solet Lib. VI. de iust. quæst. v. ubi art. 1. defendit censum personale absolute, censum vero personale redimibilem ex parte emptoris, tamquam usurarium, aperteque detestatur; ut fatetur vel ipse P. Lessius, qui Dominicum Soto tamquam sibi adverserantem citat.

§. II.

Auctores præcipui qui post S. Pii V. constitutionem censum personale utrimque redimibilem propagantur.

P Valentia a P. Lessio citatur inter primos qui post Pianam constitutionem defendunt censum personale utrimque redimibilem. Is 2. disp. v. qu. xxiv. punct. 2. & quæst. xxv. punct. 2. inquit: *Bibbi estiam placet, licet etiam me præsertim placuit Romæ an. 1581. multis doctissimis Theologis re tota dilutione excusari.* Quam attestationem referet etiam P. Lessius. Sed attestatio- nem P. Valentia nullius prioris momenti est. Si quidem Gregorius XIII. hoc eodem anno, non demonstravi documento pontificio, adducto in opere de usura, contr. trin. dist. 1. cap. vi. improbatum contractum trinum, tum censum personale. Porro Pontifex summus in litteris ad Guillelmum Duces Bavarie testatur, se conclusisse doctissimos viros. *Diligentissime consideravimus, doctissimisque viros adhibuimus.* Doctissimi Theologi quos in consilium advocavit Pontifex, contractum hunc ut feneratorium reprobarunt. Theologi doctissimi, allegati a P. Valentia, dubio procul non fuerunt a Pontifice in consilium adhibiti. Quibus ergo standum? Probabilissimos doctissimos, citatis a P. Valentia pariter Probabilissimos, aut doctissimos Theologos, consultos a Pontifice? Indecente atque rerum arbitri. Subdit P. Lessius, hanc opinionem a P. Valentia probabilem esse indicatam, esse ob periculum usurarium non esse suadendam. Cur ergo

Y

typis editur? Cur omni studio, conatu, & undique accitis ratiunculis miniri curatur?

II. P. Leonardus Lessius loc. cit. num. 56. Valentiam innoxens, similiter hanc opinionem, tantum ut *probabilis*, & *speculativa verior*, exhibet. *Speculative verior*. Numquid practice fallior? Speculativus ne census personalis? Quo tendunt eiusmodi limitationes *probabilitatis*, & quidem *speculativa*? Agitur ne de aliquo puncto *speculative* disputando in circulo, & non de contracta celebrando in mandatis? Quid obtrahis? Sic loqui solemus, reponit P. Lessius, ad declinandam invidiam, quando aliquid novi, & recepte opinioni adversum, ex nostra sententia *probabilis*. Si nova sunt que dicitis, clamat Augustinus, falsa tunc que profertis.

III. P. Paulus Layman Lib. III. tract. 17. cap. XVIII. asser. 4. scribit. *Census personalis utrimque redimibilis, super persone industria locatus, probabiliter defenditur; atamen periculo usurarum intentionis non caret. Ita contra COMMUNEM docent DD. Qui sunt hi DD. qui contra communem Ecclesie doctrinam propagant censum personalem utrimque redimibilem? Valentia, Lessius, Laymanus, & alii Probabiliter. Hi sunt qui in morum controversis communi Doctorum sensum se se opponere, ut ipsi testantur, non reformidant.*

IV. Ut a primis Probabilitatum Theologorum ad posteriores transeam, P. Patritius Sporer, anteriorum Probabilitatum diligens collector tract. vi. cap. vi. num. 16. ad ultimum probabilitatis gradum inaccessiorum opinionem exiit. Sic enim scribit. *Probabilissime quibus licitus est census personalis, super persone industria collocatus, maxime redimibilis; ac redimibilis ex parte venditoris tantum: etiam redimibilis ex utraque parte; etiam adinvento pacto assecurationis, spectando precise rei naturam: licet ubique subsistat periculum usurarum intentionis; adeoque merito prohibetur per Bullas Pontificum. Nimium fusa oratio mea esset, si analogias quibus hic se strangulat P. Sporer, si lepida illius commenta omnia recensere vellem. Adfirmat hunc censum merito esse per Bullas Pontificum reprobatum: & simul probabilissime licitum docet? Hec (inquit num. 26.) *speculativa vera est. Sed quam verior, ne sit speculativa mera*. Si veris meram esse speculationem, nempe futile commentum, pro *probabilissime* illud dividendis merito prohibitum contractam fatetur; ad iuxta locus DD. pontificie Bullae non sunt recepte in Germania.*

V. P. Dominicus Viva in *curf. Theologiae Part. IV. quast. 17. art. 3. num. 6.* ultra progressum non modo probabilissimum, sed communissimum esse scribit hanc opinionem, inquit: *Dubitatur an census personalis sit usurarius Affirmant Navarrus, Lopez, Molina, & alii apud Palanum. Sed COMMUNISSIME negant. Lessius, Layman, & omnes praecipui census personalis propugnatores testantur, communem Theologorum sententiam damnare tamquam usurarium eiusmodi censum. Initio *probabilissimam speculativa veritatem*, & *paucitatem* apparuit. Post, excaeco favore, & veteranda, *probabilissimam* se prodidit. Deinde, erecta fronte, *communissima* evasit.*

VI. Tandem adversam sententiam, quae erat communis Ecclesiae doctrina, fatentibus vel ipsi Lessio, & Laymanus, P. Thomas Tamburinus Lib. IX. tract. 11. cap. 17. §. 1. num. 1. errorem appellat, quem aliqui tantum defendunt. *A veritate aberrat id quod aliqui cum Navarro dicunt, contractum hunc non esse nisi mutuum cum lucro, atque adeo esse meram usuram. Aberrant, inquam, a veritate. Aliqui cum Navarro? Aberrant ergo Lessius, & Laymanus toto caelo, dum afferunt sententiam Navari esse communem? Sic te mutuo confingit Probabiliter. Aberrant ergo a veritate communiter Doctores omnes ante Maiorem, Valentiam, Lessium, alioque Probabiliter? Hec simplex, & vetera narratio originis, progressus, & incrementi opinientia in favorem census personalis excogitavit, satis saepeque eundem salutariter patefacit.*

VII. Veram ea est humane naturae conditio, ut pro vero, aut probabiliter habeat quod publicum esse cepit. Castellorum plures, & populum usuris inhabitantium multum fecit paucis quibusdam Theologis famioris aliquando doctrinae assertoribus. Siquidem censum personalem ut licitum defendunt Henricus a S. Ignatio, Combinator Vanely, Van-Roy, Gabriel Antoine. Hi Theologi qui in aliis controversis interdum ad extremum nimii rigoris impingunt, in his de usura controversis e contrario ad laxiora declinant. Scriperunt illi in regionibus ubi negotiationes, & commercia plurimum vigent; atque adeo usurae latius grassantur. Non sunt auli communi consuetudini, seu corruptelae se se opponere. Verum istorum nemo pro dignitate hanc controversiam dispeixit; sed Probabilitatum opiniones, mercatorum praxi munitas, absque severo examine eiberunt. Defendunt quoque hanc opinio-

nem Salvaticenses, Bannez, Trullenchus, Covarruvias, Salicetus, Castropalaus, P. Carotus Billuart, & alii.

S. I. I.

Rationes sententiae defendentis censum personalem absolute, & etiam utrimque redimibilem.

I. **A**uctores qui defendunt censum personalem, divisi sunt in classes duas. Alii defendunt censum personalem absolute, & redimibilem solum ex parte venditoris; alii redimibilem utrimque, adiecta etiam hypotheca.

II. Primam partem his rationibus evincunt. *1. Eisdem, cap. x. Iudaei tertiam partem scilicet solvebant quotannis Templi fabrica.* Et re ipsa Principes imponunt, aut imponere valent tributum annuum solvendum per capita. Haec prima ratio profus incepta est. Nemo enim dubitat, quin quisque possit vel sponte se obligare, vel cogi a Principe ad pendendum tributum.

III. Probant vero ratione a iure naturali accessita, hoc pacto. Possim ego vendere tibi usus percipiendi partem fructuum agrae meae. Ergo eadem ratione possum tibi vendere partem fructuum industriae meae. Aut igitur damnandum est census realis; aut admittendum etiam census personalis. In utroque enim inveniuntur ea omnia quae ad verum contractum necessaria sunt, nempe consensus mutus, metus, & iustum pretium. Accedit quod ad iustitiam huius census requirunt quod persona sit frugifera, quod iustum sit pretium, & tandem, ut *Billuart, Elemeus a S. Ignatio, & alii*, quod licet irredebilibilis ex parte emptoris.

IV. Hoc est unicum topissima quod factum imperitis facere aliquo modo valet. Sed si penitus impicatur, continuo apparet ardentem esse speculationem, mente unio-nem conceptam, & a contractum animis prolix alienam. Nihil minus cogitant contrahentes partes quam emere aut industriam, aut industriam partem. Locare quis industrium suum, & operas; & alius haec conducere iure valet, iusto pretio pacto. Nullum hic mutuum, nullum usurae periculum. Operae quippe & industria respondent pretio, & vicium sequuntur. Aliud vero longe diversum est consistere has operas, & industrium tamquam fundum perpetuum in quo fundetur census ad exigendas pensiones quotannis in perpetuum, ut declinetur mu-

tuum, & usura. Ipse communis sensus apprehendit quam sit chimerica haec comparatio fertilitatis personae cum fertilitate agrae. Terra natura sua in perpetuum fructus parit statuto tempore. Persona humana in dies marcescit: hodie secunda, cras sterilis est. Hodie censum contrahis personalem perpetuum; cras in morbum incidis diuturnum; pecunia accepta in census pretium duraturum; in prima negotiatione tota perit aut infortunio, aut hominum iniquitate. Interim census continenter in dies currit, & singulis ferre momenti quidquam solvitur ex industria qua perit, ex operibus quae non sunt. Quid autem insitit, & equitatis magis adversum, & repugnans?

V. Verum enim vero, ut magis pateat quam sit futile haec fertilitas personalis, quae tamquam fundus frugifer obducitur, in quo constituitur census sit, hoc unum serio perpende. Terra quo fertior est, eo maiori pretio emitur. Quo ergo nobilior, & excellentior persona erit, maiori pretio emendum industriale, & operatum fudus erit. Si censum personalem emere vis a praedivite & celebri mercatore, & nobili viro, a Marchione, a Duce, pretium quadruplo, & amplius maius solito solvendum tibi erit. Nonne si in famulum, aut ministrum conducere Ducem, Marchionem, Comitem, Principem velles, pretium longe maius solvere deberes quam si famulatum hominum inferioris conditionis emeres? Ex his, & aliis quae infra dabo, constat, potissimum principium cui innotuit haec opinio, commentitium esse, & vanum.

VI. Secundam partem de censu utrimque redimibili haec ratione probare nititur P. Leonardus Lessius Lib. II. cap. XXI. *dub. 10.* Potest venditor censum vendere cum pacto redimendi iusto pro arbitrio; & tunc emptor tenetur litteras census reddere. Ergo pari iure idem poterit & emptor. Alias rationes congerit, & quidem fuso calamo, P. Lessius. Verum illas praeterire iuvat; cum sine manifestae cavillationes, ut infra patebit. Et re ipsa cordatores census personalis perpetui, & ex parte solius venditoris redimibilis, propugnatores hunc censum utrimque redimibilem tamquam feueratium improbandum; ut Soto, Henricus a S. Ignatio, Billuart, & alii. Verum de hoc S. loquentur.

VII. Alias rationem prode P. Lessius in subdium census personalis loc. cit. *dub. 4. num. 2.* a communibus Probabiliter locis accessitam. Nihil essent, inquit, liciti census personales, dammandi essent perique cen-

sus in Belgio, Germania, & Gallia. Nam plerique, antequam realizentur coram Magistratibus, quod saepe non fit, vel nominis postlongum tempus, sunt mere personales, cum hypotheca specialis, vel generali. Quibus Atque non esse facile determinandum quod tot viri docti, & religiosi in tot provinciis faciunt. Nonne robulla argumentatio hoc? Et tamen hoc est principium illud quod passim ingerunt iuniores. Damnabiles ne integras provincias, & regna, que contractus illos celebrant, que talent, & talem consuetudinem familiarem habent, quam viri docti, & religiosi probant? Hoc argumentum, quod passim obrudunt, superiori dissertatione profligavi. Commentum funestissimum, & perniciosissimum istud Patres appellat, clamantque? Non quid mendacia, fraudes, fenora multitudine defendis? Nonne alias corruptelas populi familiares habent? Nonne viri docti centenas opiniones laxas, falsas, temerarias, scandali-que plenas, damnatas ab Ecclesia propugnant? Verum de hoc alias.

§. IV.

Saniorum doctrinam de censu personali, sive redimibili, sive irredimibili, eadem omnino esse ac doctrinam Calvini, Molinæ, Salmatii, & aliorum qui propugnant usus moderatas licitas.

UT que proposui, perspicue demonstrarem, confertenda est saniorum doctrina de censu personali, sive redimibili, sive utrimque redimibili, cum doctrina Calvini, Molinæ, Salmatii, & aliorum de usu moderata.

II. Prima, & potissima conditio qua iuniores, Valentia, Lessius, Layman, Tamburinus, Sporer, & alii, ab usura purgare contendunt censum personalem utrimque redimibilem, est quod persona a qua emendus census est, sit fertilis, lucrari potens, seu que vel ex suis fundis, vel ex suis laboribus, industria, negotiatione, officio, fructus percipere valeat; ita ut census illicitus sit, si contrahatur cum femina, sene, paupere, alii que ad lucrandum ineptis. Altera conditio est, quod pretium census sit moderatum, & iustum. His duabus conditionibus positis, inferunt, censum personalem esse iustum, & ab omni usura liberum.

III. Calvinus, Molinaus, Salmatius, & ceteri omnes usura moderate propugnatores hec tamquam principia certa & firma constituunt. Primo quod pecunia mutuati

ta tradatur negotiatoribus non indigentibus tali pecunia qua suis provideant necessitatibus, sed amplificare volentibus negotiationibus, aut patrimonium suum. Heinc duplex distinguunt mutuum. Unum *consumptionis*, quod licet traditur mercatori, vel alteri, etiam diviti, indigenti pecunia, qua presentaneæ necessitati provideat. Alterum *negotiationis*, quod traditur ad res augendas, promovendamque negotiationem, vel officia. Non ex primo, sed ex secundo mutuo docent accessionem exigi supra fortem posse. Non modo requirunt personam industriam, frugiferam, & lucrari potentem; sed insuper quod pecunia ipsa applicanda sit ad lucrum, ad fundos emendandos, ad mercaturam exercendam. Secunda conditio est, quod pretium, seu accessio sit moderata & iusta. Ergo eadem omnino est doctrina Lessii, Valentia, Laymani, Sporeri, & aliorum de censu personali utrimque redimibili, ac doctrina Calvini, Molinæ, Salmatii, & aliorum hereticorum de usura moderata licita; & doctrinam de censu personali utrimque redimibili licito. In utraque sententia requiritur pretium moderatum, & licitum; in utraque requiritur persona industria, secunda, lucrari potens; in utraque depolitur, quod pecunia re ipsa delinatur negotiationi, aut fundis emendis, aut patrimonio ampliatum. Immo fere severius heretici exigunt conditiones illas quam iuniores nuntiant. Quis illorum mutui *consumptionis* meminit? Quis illorum adeo severe loquitur, ut si dives, mercator, aut nobilis fundis, & patrimonio praeditus, pecuniam petat, qua urgenti necessitati consulat, celebrari non posse censum personalem, sed gratis pecuniam mutuo tradendam esse? Quid aliud aliqui iuniores docent, pensionem exigi posse, etiam a persona que industria non sit, quando celebrare poterat cum mercatore industria, & frugifero: quia tum vi tunc liciti cessantis, quod percipere a negotiatore poterat, exigitur accessionem ab hac persona sterili, que pecuniam a te acceptam, non negotiationi, sed levandæ urgenti inopie applicabit? Id confirmo evidentissimo argumento. Licet advertariis nostri, ut sicut quoquo modo censum personalem, præfatas condiciones adiciant; tamen concludunt, posse eiusmodi census, sicut contractus trines, celebrari sola

vir-

virtuali intentione, absque ulla expressa mentione huius conditionum; immo addunt, posse homines ineptos, qui ignorant quid sit census, quid contractus trinis, quid persona industria, tradere pecuniam suam cuique petenti, cum sola intentione universaliter lucrari posse. Talia ne Molinaus, aut Salmatius docent? At, ut cavillandi effugium præcludam, mihi sit est utramque sententiam esse omnino eandem, quocumque proflus sublati discrimine præter vocem, & lepida atque festiva commenta. In censu utrimque redimibili repetitur ab emptore vivum, seu capitale pro arbitrio, sicut a mutuatore pro libito repetitur fors. Utrobique exigitur accessio; utrobique persona est secunda, & frugifera. Ubi ergo discrimen? Illud ab acutissimis Probabilistis exacto.

IV. Alia via improbat, tamquam manifeste generatius, census personalis, sive redimibilis, sive irredimibilis. In hoc censu, quocumque modo concepto, nil aliud venditur, vel emitur, nisi pensiones solvendæ, que duplo, aut quadruplo fortem superant. Trices 300. ut per partes recipias 200. aut 400. aut 600. Faleris, inquit. Non emuntur pensiones, sed ius ad easdem. Quando mutuo credis alteri cum accessione solvenda a mutuatore, nonne emis ius ad accessiones percipiendas, atque adeo accessiones ipsas emis? Quando vendis triticum, in futurum utendum pro pretio in præsens solvendo, vendis ne ius ad triticum, seu triticum ipsum? Cum mutuatarius te se obstringit ad restituendum mutuum, numquid te obligat ad ius tantum, seu vero ad pecuniam ipsam reddendam? Quis vel communi sensu, vel reddendit istius distinctiuncule familiaritatem? Verum ergo est in censu personali pro mille præsentibus vendi, & respective emi duo millia futura. Ergo quemadmodum usura est dum tibi creduntur mille, ut post 20. annos eadem summa reddatur, & interea singulis annis solvas accessionem; ita usura est, dum te obligas ad solvendam annuam pensionem, & post plures pensiones integram fortem.

V. Insultat adversariis, hæc omnia locum habere in censu reali, seu prediali. Hanc pariteratem exaggerant non modo iuniores nostri, verum etiam, & quidem vehementius, Molinaus, & Salmatius. Et ecce alterum argumentum, quo palam fit, eandem proflus esse doctrinam Calvinianorum, & Lutherianorum de usura moderata, ac doctrinam de censu personali. Nam sicut Calvinus, Molinaus, & potissimum Salmatius ex pa-

Conc. Theol. Tom. VII.

riate censum realem, seu predialium inferunt licitam accessionem ex mutuo; ita iuniores nostri ex censu reali colligunt licitum esse censum personalem. Quibus rationibus prodigavi hæreticam doctrinam Salmatii, & aliorum hereticorum, eisdem labefacto censum personalem propugnant a iunioribus. Præterea unico ictu postero iuniorum nostrorum doctrinam. Probat Ecclesia census prædiales, & improbat census personales. Ergo chimæra est paritas census prædialis, & personalis.

VI. Interim assero, non minorem intercedere disparitatem censum prædialium inter & personalem, quam inter hominem & prædium. In censu reali prædium ipsum, quantum ad dominium utile in usufructus eius, emitur. Cum census realis celebratur, prædium ipsum frugiferum est. In censu personali dominium non directum, nec indirectum, sed utrisque venditur, aut emitur; ut advertariis ipsi fateantur. Distinctio domini directi, & utilitatis nec respectu pecunie, nec respectu persone locum habere potest. Quid nisi? reponunt Valentia, Lessius, Laymanus, ceterique iuniores. Industria persone fundus frugifer est, non focus acager. Venduntur opera famulorum: quid nisi & ius ad ipsa? Hanc cavillationem supra explosi. Si paritas consistere, sicuti subsistent ager nisi censui, alio gravari nequit, alioquin factitia, & fraudulenta emptio, & venditio esset; ita, constituto uno censu personali in capite Cui, non possit Cuius alium censum personalem intrinsece, cum eius fundus industrialis totus venditur sit. Iuniores autem nostri plures census super eadem inficit persona posse fatentur. Præterea, si industria persona fundus venalis esset, postet pro persone dignitate, & gradu pretium argeri, ut supra dictum est. Quæ omnia falsa sunt.

VII. Adeo hæc luculenta sunt, ut P. Lessius, eadem verborum involvulo quocumque modo elucidat, incidat in aliam fyrtim; quemadmodum sumentur cuique a veritate toto ostio aberrant. Respondet itaque *cir. Lib. II. cap. xxii. dub. 3. num. 29. his verbis. Respondeo primo negando minorem. Longe enim pluris communi hominum estimatione censuræ valere pecunia PRÆSENS quam actio personalis, seu ius ad ipsam sit per partes, & per tanta intervallo exigendam. Huc recidit universalis machinatio census personalis. Pluris valet pecunia numerata quam futura restituenda per partes, sublato omni titulo extrinseco lucri cessantis, vel damni emergentis. His quippe præfatis titulis, iuniores propugnant*

y 3

cen-

centum personalem. Porro hæc doctrina damnata ab Ecclesia est, potquam scripti P. Lessius: ideo excusandus, si hæc, & alias plures doctrinas docuit, quæ postea proscripserunt. Ut prælatam suam doctrinam confirmet P. Lessius, addit num. 25. *ex communi hominum usu* pluris valere pecuniam præsentem quam ius ad illam. Addeendum fuisset ex communi usu hominum *usurarium*, secus bene moratorum.

VIII. Martinus Navarrus in suo *de usur. comment.* octo argumentis improbat centum personalem. 1. In Republica Romana pagana, nedium christiana, centus personalis non obtinuit. 2. Iure sancitum est, ne homo liber detur in pignus, aut imponatur a privatis personis super eum ius reale. *Cap. 11. de pignor. l. Ob ex alienum, C. de oct. con. & obligat.* 3. Impositio centus super personam est innovatio antiquæ immanitatis, & feritas barbarorum. 4. Quamvis ratioculæ defensorum centus personalis quidquam fuci faceret imperitis, non tamen præsumptionem usurariam, & dolam aserunt. Quid quod ad tollendam usura præsumptionem, quam plures docti conceperant adversus centus reales prædiales redimibiles, necesse fuit ut Pontifices summi post maturam discussionem præfatos centus probarent? 5. Opinio centus personalis inquam occuldit petentibus mutuum gratuitum. Quoniam mutatores reponere valent: Si indies, cum indultius is, fiscope super inditriam tuam frugifera omnes pendendi pensiones moderatas annuas. 6. Hæc opinio inquam aperit ad innumeratas usuras palliandas. 7. Occasio est immoderati honoris: quia prætexit quod fundus pensionum sit incertus, accessiones usura præscriptum legis agebant homines lucri avidi. 8. Ex hac opinione animam arripuit homines debita contrahendi ingentia ad luxum, & pompas fovendas.

IX. Hæc sunt absurda quæ solo calamo describit Navarrus, eaque perstringit Ludovicus Lopez *de contract. lib. 1. cap. liv.* ubi rationes ipse promit quæ usurarium talem centum evincunt. Inter alias hæc una est. Qui emunt possessiones, & animalia ab iis quibus eadem carent, & eadem hæc iis venditoribus locant pro annuis pensionibus, manifestieneratorum habentur, ac communiter docent omnes. Cur? Quia reipsa non consistunt fundi, ne animalia. Quid hoc impedit? Emptor emit ius ad percipiendas pensiones annuas. Apage nugas. Ius istud chimericum est, dum bona immobilia non extant. Ergo eadem rationeenerator ille est

qui, nullis extantibus bonis immobilibus, & frugiferis quæ centus subiciuntur, emittunt fundatum in sola capacitate personæ ad bona acquirenda. Nec est quod reponas, ad esse fundum indultur ad lucrum, in quo centus fundatur: quoniam adest quoque in duntaxat ad fundos, ad agros, ad animalia comparanda; & tamen, dum hæc non extant, qui fundat super isdem centum, fenetratur est. Ergo similiter usurarius est fundator centus personalis.

X. Altera cavillatio quæ fucare centum personalem perpetuum, & ex parte emptoris irredimibilem solent, explodenda ultimo loco est. Usura, inquam, sine mutuo conditione restituitur factis ad notum creditorem. In centus personali irredimibili non est obligatus debitor ad fortis restitutionem; nec repetere illam emptor potest. Ergo in hoc centus mutuum non adest, atque adeo neque usura.

XI. Respondetur, vanum hoc esse sophisma, iam *superiori* dist. labefactum. Usurarium committi demonstavi, cum ex pecunia suapte natura sterili, & usu consumptibili, accessio præter sortem exigitur, nullo fundo frugifero empto. Quoniam tam nullus adest titulus accessionis exigendæ. Utque notatur mutui incertum ius est repetendi sortis restitutionem, & mutuatarius onere eandem reddendi ad arbitrium creditoris obstringitur. Verum si homines avari, & fenetratores pactum adiciunt mutuum in perpetuum protrahendi, & usuras in perpetuum multiplicent, augetur, non evitatur usurae crimen. Innotes noltri, ut supra *loc. cit.* videntur, commentis sunt, mutuatorem posse accessionem exigere ob obligationem sibi impositam mutui non repetendi. Sed hanc opinionem ut usurarium non repetendi. Igitur hæc conditio non repetendi sortem non destruit mutui naturam; cum adesse, vel abesse possit ex contrahentium voluntate. Hæc facultas adempta emptori centus personalis repetendi capitale pecuniarium conditionata est; videlicet, quoad censuarium solverit pensiones, censuata ad redimendum centum, seu ad restitutionem sortis non coget debitorum. Verum continuo ac iste loquetur vel ex improbitate, vel ex malicia pensiones omittit, creditor invadit & personam, & bona debitoris. Ergo centus iste venio mutuum esse. Quandoquidem ad naturam mutui facti est quod per se restitui fors debeat. Pactio adiecta eam non repetendi, neque debitorum adstringendi ad eam reddendam, usque dum pen-

siones

siones solverit, non destruit mutui naturam; cum reipsa semper & in perpetuum omnia maneat restituita sortem; & reipsa finit atque censuarium non solvit pensiones, capitale aufertur debitori, cuiusque bona, si adfuit, invadit creditor pro pensionibus non solvitis.

XII. Tandem non modo rationes a iure naturali accessite evincunt usuram centus personalis, veram etiam graviorum Theologorum communis consensus. Martinus Navarrus *loc. cit.* pro hac nostra sententia citat Innocentium, Hostensium, Joannem Andream, Ancharanum, Cardivalem Zabarellam, Antonium de Butrio, Joannem de Anania C. *Civitate de usur. Pavonitanum in disput. v. col. pen. Summam Anglicam verb. Usur. §. 78. Bartholomæum Cassanum in Catalog. part. xii. considerat. 99. Laurentium de Rodulphis cap. Consultat. de usur. II. Part. quest. xii. s. Antonium II. Part. tit. 1. cap. VIII. deinde concludit, & *ferè omnes.**

XIII. Præter citatos a Navarro hæc sententiam defendunt Sylvester *verb. Usur. 2. quæ. xii. Ludovicus Molina disp. cccxxxvii. Gregorius Lopez in reg. xxvii. tit. viii. part. v. Rebelus II. Part. Lib. X. quest. 111. Guittieres II. Part. 99. præf. quest. clxxxviii. num. 7. Villalobosus tract. xiiii. difficult. 2. num. 3. Petrus Tapia Lib. V. quest. xviii. Ludovicus Lopez Lib. 1. de contract. quest. liv. Cardinalis de Lugo disp. xxvii. sect. 2. §. 1. qui citat Avellanum, Valajcum, Lasserianum, Sarmentum, Emanuelem, Vegam, Mirandam. Denique opinionem Valentis, Lessii, Haunoldi, Laymani, Schmalzgrueber, Pichleri, Sporerii, Tamburini, & aliorum propugnantium centum personalem utrimque redimibilem, confutant Henricus a S. Ignatio Lib. IX. cap. lxxviii. Dominicus Soto *loc. cit.* Covarruvias, Sylvius, Carolus Billuar, qui allegat auctoritatem Universalitatis Lovanientis.*

§. V.

S. Pius V. damnavit centum personalem. *Commenta plurimorum auctoris constitutionum Piamam penitus labefactantur.*

I. BENEDEICTUS XIV. feliciter regnans in suo doctissimo opere de *Urando* anno 1748. typis edito Lib. VII. capit. xlviii. num. 3. relatit argumentis adversus centum personalem, hæc sapientissime de more scribit. *Sed superfluum est centum personalem navarricum insectari, quem iam proscripsit S. Pius V. in laudat. constitut. Curæ omnis: ubi*

ad centus honestatem inter ceteras conditiones hæc quoque requiritur, ut centus consecratur in re fructifera, non quæsiuone, sed immobili; certa ac nominatim designata.

II. P. Leonardus Lessius, quem posteriores iuniores secuti sunt, *loc. cit. num. 99.* respondet, constitutionem S. Pii V. non esse receptam in Belgio. *Idem crado* (inquit) *de Gallia, & Germania. Adde nec in regio Sicilia vim habere. Perdoctæ. Bulla S. Pii V. de censibus non est ulla recepta. Bulla S. Pii V. de cambitis non est ulla recepta. Bulla Sixti V. adversus contractum trinum non est ulla recepta. Bulla Gregorii XIII. adversus propositiones Baianæ est ne recepta in Belgio? Bulla Innocentii X. adversus insanientium est ne recepta in Belgio? Bulla Clementis XI. adversus propositiones Quæsiellianæ est ne recepta in Belgio? Dubio pœnal. Cur non prima adversus usuram contractum? Quia homines cupid, avari, fenetratores in verum fenetrandi consecratur illic, potuit qui Romanæ Sædis definitiones suscipiunt, vel restitunt, proat diversis ream postulant rationes?*

III. P. Paulus Comitulus, præclarus S. I. Theologus, P. Lessio *supra Lib. III. Resp. moral. quest. xviii.* proponit hæc quæstionem: *Utrum constitutio Pii V. de censibus obliget omnes? Duplici in sensu hæc ille quæstionem duplicit. Primo, utrum hæc constitutio possit attingere omnem christianum orbem, & utrum revera nunc adtingat. Utrouque modo (inquit) a nobis explicari debet. Primam partem affirmativam septem rationibus evincit. De altera parte hæc inter alia scribit. *Quis existimare possit omnes christiani Imperii provincias, ac regna non teneri hæc lege? ... Verum mihi minime dubium est non habere constitutionem in omnibus regnis ac provinciis: id quod non obscure declarant verba illa eiusdem constitutionis, Volamus autem. &c.**

Accedit hæc firmissima ratio. Pontifex perniciosus censibus necessaria lege potuit moderari, debuit, & voluit: debuit, potuit, & voluit in omnibus locis moderari. Quare maxime generalium hæc legem esse oportuit: aliquos omnium christianarum nationum, & hæc item saluti Romanæ Pontifex non valde præcederet consulerit, cum non scilicet illud natam ex omnibus provinciis orbis christiani, quod æqua sanctione tollere poterat, ac debebat.

IV. Ad incitas redigere innotes nostros parumper lubet. Ac primum, quodnam istius non acceptationis argumentum producit?

Y 4

Quod non fit promulgata in singulis provinciis. Bullae ergo pontificiae quae fidei, vel morum puncta definiunt, pendunt ab huius, vel illius provinciae consensu? Finge fallam hypothefim, Bullam a consensu pendere provinciae. Quamvis provincia, quodammodo examinet, iuris forma servata, instituit, fit ne acceptanda, an locus Piana Bulla? Nullam omnino. Cur ergo non acceptaretur? Quia homines cupidus, avari, feneratorum suos fictitios census, & usuraria cambia continuantur. At hac ratione nec Decalogus, nec Evangelium acceptatum dicitur; cum maior pars hominum illud transgrediat. Cur ergo non acceptata Bulla hac? Quia aliqui Theologi, videntes populum maiori ex parte censu personalis, contractus trios exercebant, post Bullam, non secus ac antea, zelo illum praefrandi ab usura receptio scribere coeperunt: *Bulla non est usu recepta*. Ceteri vulgares Caluistae proletarii, currentes velut oves & aves post primos, sicuti reptia recentiores qui stant pro censu personalis, clausis oculis veterigia prementes P. Lessii, continuantur scribere, *Bullam non esse usu receptam*. En non acceptationis relevarum arcana. Est enim axiomata probabilium, legem ipsam divinam in controversiam adductam, & dubiam disputationibus effectam, non esse satis promulgatam; atque adeo non obstringere fideles. Vera haec Verissima. Contule quae scripta contra Probabiliam commentum. Totum ergo arcana non acceptationis recidit & in mercatorum praxim, & in Caluistarum nonnullorum interpretationem, qua evolvitur, Bullam non esse usu receptam. Mercatores quippe, ceterique homines, qui contractus feneratorios, & negotiationum exercent, Bullas penitus ignorant; & omne aliud, praeter acceptationem, aut non acceptationem in mente habent. Et si Theologi, si Confessarii urgentur Bullae observantiam, Bulla forte usi recepta esset. Si Theologi plures adversus homines Bullam pontificiam violatores, imitarentur celebrem Iesuitam P. Paulum Comitolum Antiprobabiliam, non tam impune grassarentur usurarum immania scelerata. Quodam imitationis exemplum praebet? Audi illum *cit. Lib. III. quaeft. xvii. num. 5.* scribentem. *Quarent enim arbitri factarum confessionem: Quid igitur nobis cum eis agendum erit... qui ex censibus, qui ad praescriptam rationem constitutionis non sunt facti, nec celebrantur, fructus percipiunt? Quid item cum DOMINIS PROVINCIARUM?*

EGO id agerem, Dominus provinciarum,

nisi vellent accipere PIAM constitutionem, NON ABSOLVEREM. Ceteris, si quid post auditam legem Pii V. per fraudem ac dolum contrahendo censu commisserint, pronuntiare inane esse quidquid fecerunt: contractum fuisse nullum; ac propterea nullum iis visum percipiendarum pensionum: ita necessaria restitutioni esse obnoxios.

V. Quid? Dominos provinciarum resistentes Pii V. constitutioni, non abolveres? Abundum ergo ab aula? Exulandum a patria? Magnatum, Principum, supremarumque potentiarum favor, patrocinium, populorum aura; & omnia quae mundi sunt, contemnenda? Scilicet, reponit non modo laudatus P. Comitulus, sed Evangelium Christi. Felix christiana Theologia, si hoc pacto se gereret viri doctores, & sacri conscientiarum arbitri. Alii mores, sanctorum disciplina.

VI. Sed oppositiones inuicem persequamur. Conditiones quae praescribitur in Bulla, praesumptione nituntur fraudum, & usurarum; sicutique quid iuris positivi? Quare videndum quid ius naturale, quid ius divinum praescribant. Quinam legitime iudices sic exponendi Bullas pontificias? Univerfos provinciae, aut regni clerici in unum ad hoc congregatus? Minime; sed nonnulli moralitae, qui tribunal erigunt in pontificis leges. His similibus effugis Baianitae, & Lanienitae pontificis Bullas eludere student. Detorqueunt Ecclesiae sanctiones ad quaestiones meri facti, aut facti conexi, vel separati a iure, & innumeras, atque interminabiles suscitant controversias. Quid quod hoc interpretandi genus ante Lutheranos, & Calvinianos permixti exponantur, etiam apud nos quemquam suo privato sensui indulgere; eaque Ecclesiae leges profundo obsequio suscipere, quae proprio lapsu palato, casu vero quae sibi non ardent, relinere, & nauici facere? Quae monstra absurda omnes Catholici detestantur.

VII. Porro, ut evincam quam sit paucorum inuicem interpretamentum in Praetera constitutionem saluam, & (pace illorum dixerim) scandalum plenum, ab his quaero: quid de censibus disputabant Theologi ante Martini V. Callixti III. & S. Pii V. constitutiones? Non aliud sane nisi, essent ne, a Trento naturali, divinoque iure; feneratorius census naturalis? Quid definiunt Pontifices summi? Ad declinandum usurae crimen statuerunt necessum esse ut census constituantur in fundo immobilis, & frugifero. Hec determinatio spectat ipsum ius naturale, & divinum, atque ipsum capitale punctum con-

troversiae, quae in utraque partem disputator. Quid ergo obtrudunt inuicem constitutiones summam obsequio, sublatis cavillationibus, suscipiendas esse? Si ab hac regula declinaveris, in usurarum anfractibus impinges. XI. Firmum itaque certumque maneat, censum personale, sive utriusque radimibilem, sive irradimibilem, sive quocumque modo conceptum, feneratorium esse. Evidentius quidem se prodit usura in censu personalis utriusque radimibilis; at non propterea probabilitis aliquo modo opinio remanet de censu personali irradimibili. Censum personale proficiscitur est a S. Pio V. fatentibus ipsis eisdem census patronis. Opinio autem ab Ecclesia proscripta omni caret probabilitate, etiamsi mille Probabilitatis patronos haberet. Quid quod vel ipsi adverterent factur, censum hunc personale, quem fenerator Probabilium delinere fatentur, utraque suscipi laborare, usurarum, & avaritia periculis obnoxium esse? Opinio quae hunc censum prognat, nova est; a paucis recentioribus excogitata, quam Christiani ignorant, quam sensus communis resistit. Nullus dubito quin nullus tibi auctoritas in hac causa futuri sui patroni census personalis, si animum intenderis in sophistiam eorumdem disputandi rationem. Primum, ut alias monui, clausulae, & conditionibus ornatae hunc censum, ut probabilem aliquo modo illum exhibeant. Post, omnibus conditionibus exutum, in concavo cuiusdam generalis intentionis virtualis illum collocant. Ne multa. Sola universaliter intentione lucrandi eodem modo viri pii, & docti doceant licere, feneratori honestantur. Hac ne probabilia, etiamsi mille probabilium iustitias suscipiant?

moriam revoca. *confilium Joannis Dominici PERI mercatoris, nempe pontificias constitutiones summo obsequio, sublatis cavillationibus, suscipiendas esse. Si ab hac regula declinaveris, in usurarum anfractibus impinges. XI. Firmum itaque certumque maneat, censum personale, sive utriusque radimibilem, sive irradimibilem, sive quocumque modo conceptum, feneratorium esse. Evidentius quidem se prodit usura in censu personalis utriusque radimibilis; at non propterea probabilitis aliquo modo opinio remanet de censu personali irradimibili. Censum personale proficiscitur est a S. Pio V. fatentibus ipsis eisdem census patronis. Opinio autem ab Ecclesia proscripta omni caret probabilitate, etiamsi mille Probabilitatis patronos haberet. Quid quod vel ipsi adverterent factur, censum hunc personale, quem fenerator Probabilium delinere fatentur, utraque suscipi laborare, usurarum, & avaritia periculis obnoxium esse? Opinio quae hunc censum prognat, nova est; a paucis recentioribus excogitata, quam Christiani ignorant, quam sensus communis resistit. Nullus dubito quin nullus tibi auctoritas in hac causa futuri sui patroni census personalis, si animum intenderis in sophistiam eorumdem disputandi rationem. Primum, ut alias monui, clausulae, & conditionibus ornatae hunc censum, ut probabilem aliquo modo illum exhibeant. Post, omnibus conditionibus exutum, in concavo cuiusdam generalis intentionis virtualis illum collocant. Ne multa. Sola universaliter intentione lucrandi eodem modo viri pii, & docti doceant licere, feneratori honestantur. Hac ne probabilia, etiamsi mille probabilium iustitias suscipiant?*

C A P U T X L

Conditiones quas pro censibus celebrandis praescriperunt summi Pontifices Martinus V. Callixtus III. S. Pius V.

Uas constitutiones edidit Martinus V. & Callixtus III. quae inter extravagantes recentiorum, in quibus pro censibus rite celebrandis esse praescribitur constitutiones. 1. Qui censum vendit, fundum nempe domum, aut possessiones, assignare debet, super quibus census constituitur. 2. Solus fundus subiectus censui, manere debet pensum obligatus, non persona, nec cetera eius bona; ubi excluditur census personalis. 3. Pretium iustum fit. 4. Emptio non...

fiat pecunia credita, sed numerata. 9. Venditor census valeat ad libitum redimere aut in totum, aut in partem, prout ei placebit. 6. Emptor non cogat venditorem ad censum redimendum. 7. Si fundus subiectus censui; perit, abique culpa censuarii, pereat census. 8. Fundus tantum ut minus fructificet, quanti aestimatur pensio solvenda. Iuniores contendunt, has duas extravagantes probare quidem census his conditionalibus praedictis; sed praecipere ut eadem serventur.

II. Nicolaus V. alteram edidit Bullam, quae quatuor praescribit condiciones in censibus consistendis servandas. 1. Quod census super re immobili certa constituitur; ad cuius securitatem obligari generaliter alia bona possunt ad tollendas fraudes, ne videlicet si fundus subiectus censui esset alio onere gravatus, deceptus remaneret emptor. 2. Pactum adiciatur de retrovendendo eodem pretio. 3. Pensio non excedat decem in 100. 4. Pro securitate, poena; & pacta iusta adici valent.

III. Constitutio S. Pii V. pro censuum iustitia et hominum celeberrima, quam integram supra dixi. Ad duodecim revocantur condiciones in eadem praescriptae, quarum plures in aliis tribus extravagantibus Bullis, quas indicavi, continentur. 1. Censum constituendus est super fundo immobili, & natura sua frugifero; qua conditione improbatum censum personalis, ut fatentur omnes. 2. Pretium census solvatur numerata pecunia coram testibus, & notario. Hac conditione excluduntur census quorum pretium solvitur debitis censuarii. Elidunt hanc conditionem censuilia emptoris hoc pacto. Pecuniam censuario dant, pacto adiecto, ut eo ipso tempore restituatur in solutionem debiti. 3. Prohibet anticipatam pensionum solutionem, aut in pactum deduci. 4. Vetat pacta quae obligent ad casus fortuitos eos qui ex natura contractus non tenentur. 5. Porro latem referantur vult censuario vendendi, & alienandi fundum subiectum censui. 6. Rescindit, & irrita declarat omnia pacta quae obstringunt debitorem moralem ad interesse huius cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas aut certa salaria. 7. Censum non augere ex pensionibus non solutis. 8. Nulla onera solvantur neque vi contractus non debeat. 9. Si fundus perit vel in totum, vel in partem; census aut extinguatur, aut minuat pro rata fundi deperditi. 10. Facultatem censuarii habeat redimendi censum suum eodem quo vendidit pretio, quoties voluerit, non obstantibus pactis contra-

riis iniunctis. 11. Teneatur censuarius, quando redimere censum velit, bimestri ante denuntiari id censuisse. 12. Pretium census semel constitutum non augeatur, vel minuat.

CAPUT XII.

Animadversiones in condiciones praescriptas a S. Pii V. constitutione.

I. *Animadversio prima.* Censum contractus inveniendi fuisse circiter saeculum XIV. Quatuordecim saeculis christiana Republica vixit sine censibus. Idem homines eadem negotiationes, eadem commercia, eadem negotiaciones, eadem egitates, penuria, divitiae, paupertates; & tamen abique censuum subsidio civile constitit regimen. Quid quod ipsi Romano imperio censuales contractus ignoti fuisse; cum nullum extet in universo civilis iuris corpore eorumdem vestigium? Quatuor Romani Pontifices, ut ab ultra lae, quam continuo ac inveniendi fuisse, census illi praesertant gravissimum Theologis, immunes praeservarent, quatuor edidit Bullas, quae, si rei substantiam spectes, eodem pertinent; & ultima S. Pii V. confirmat anteriores, novis adiectis praesidiis. Primis Bullis, editis a Martino V. Nicolao V. a Callisto III. oblitere homines cupidi & avari, ut exordio lux constitutionis narrat S. Pius V. his verbis. *Nedum non continentur intra limites a nostris Antecessoribus eisdem contractibus statutos; verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino prohibitionibus, propter avaritiam avaritiae stimulum, legem etiam divinarum manifestum contemptum praeservant.* Quapropter, subdit Pontifex sanctus, *non potuimus avaritiam, prout venimus, saluti consententes, & piam mentium petitionibus etiam satisfactentes, tam gravi morbo, letifereque veneno salutaris antidoto non mederi.*

II. *Animadversio secunda* acribi doloris materia est. Homines avaritiae siti calidantes, non modo non se continere intra limites constitutos a Martino V. a Nicolao V. a Callisto III. verum etiam novis passionibus usum occultabant. Quid quod mala quae S. Pius V. deplorat accidisse Bullis suorum antecessorum Pontificum, eadem, immo longe maiora Bullae eiusdem, quamvis inferioribus munita conditionibus, contingerunt? Non modo homines propter ardentem avaritiam sitim, quae in censibus consistendis S. Pius V. praescripsit, transgressi sunt; sed Theologi ipsi non pauci, quorum et Ro-

mane Cathedrae functiones factas testas custodire, & a vanis commentis asserere, novas invexere passionem, novos census personales, implicitos; contractus inominatos, allatos, contractusque chimericas formas ad *Burjam Antverpiensem* propugnamdam excogitavit. Non Scripturarum testimonia, non Patrum documenta, non summorum Pontificum leges humane cupiditatis sagacissima interpretamenta coercere intra aequitatis confinia valent. Haec sola animadversio excitare pium, prudentemque lectorem debet ad quorundam detestanda commenta.

III. *Animadversio tertia* spiritum, & substantiam Bullae spectat. Haec, ut fatentur omnes, praecipiens est; immo addo, iuris naturalis, & divini declarativa. Perpendenda magnopere sunt haec Bullae verba, quibus, post praescriptas condiciones in censibus servandas, Pontifex summus concludit. *Contractusque sub alia forma posthac celebrandos, feneratorios IUDICAMUS.* An haec sola verba positus non labefactant commenta invidiosorum, qui asserere non erubescunt, Bullam Pianam non esse iure receptam? Iudicium Pontificis ex Cathedra loquentis, & trium Antecessorum praesidio firmatum, non est ulro receptum? Non modo ergo Pontifex prohibet census sub alia forma celebratos, sed eisdem feneratorios iudicat.

IV. *Animadversio quarta.* Condiciones in hac Bulla praescriptae, diversi sunt generis, & obligationis. Quaedam sunt quae ius naturale, & divinum declarant; quaedam sunt adiectae ad praevendenda pericula usurarum, & fraudum; & haec absolute obstringunt omnes, neque ab hominum acceptatione pendunt. Quaedam sunt quae nihil horum continent; sed modum dumtaxat rationabilem, honestumque praescribunt. Eiusmodi sunt quae praelationem adiudicant censuario in emptione rei censui subiectae. Item denuntiatio, quam redemptus censum facere ante biennale debet creditor. Item quod denuntiatio, vellet, nolit, teneatur post denuntiationem infra annum censum redimere. Condiciones iuris naturalis, & divini declarativae sunt quae iubent, ut census constituantur in re natura sua frugifera, & non fecus; cum contra naturam fit rem sterilem parere. Censum autem partus, seu fructus est, qui a re abique sui peremptione producitur. Hinc consequitur necessario, censum personalem feneratorium esse. Quare clausula illa, *contractusque sub alia forma posthac celebrandos, feneratorios iudicamus;* intelligenda est de censibus qui celebrantur non servatis his conditionibus, quae iuris naturalis, & divini sunt. Ad ius humanum pertinent aliae condiciones, quod pretium solvatur pecunia numerata; item quod hoc fiat coram notario, & testibus. Pretium enim solvi possit etiam, quae aequae ac pecunia utilis venditori esset. Neque testes absolute, & coram Deo necessarii sunt, quando pretium reipia solvitur. Ad ius quoque humanum pertinere videtur quod pensiones anticipatae solutionem non reddantur; quod debita liquida & certa non possint in pretium census computari, quando creditoris interest sua exigere credita, & alia eiusmodi.

V. *Animadversio quinta.* Leges pontificiae circa ea quae periculum animae, & spirituale aeternae salutis negotium spectant, servari ab omnibus Christianis omnino debent; etiam si non continentur immediate ius naturale, & divinum peculiare. Quamvis enim eiusmodi leges, vel praeccepta iuris humani absolute sint; tamen ipsum ius naturale, & divinum praecipit & cavenda animae pericula, & in dubiis animae ius parendum quos Deus constituit regere Ecclesiam suam. Quamobrem Pontifex summus tamquam feneratorios haberi vult census qui in potestum subdyaer ab illa quam ipse praescripsit, forma celebrabuntur. Quae clausula duplici in sensu intelligi posse videtur. Primo: census non constituti in fundo frugifero, & immobili, semper fuerant, erantque feneratorii. Secundo: census qui celebrantur post editam constitutionem Pianam abique conditionibus quae praecipuntur in eadem ad evitanda usurae pericula, tamquam feneratorios vult illos Pontifex summus in potestum iudicari; licet ante suam constitutionem tales non indicarentur. Qui enim deliberare periculosi pererrant de usura se se exponunt, merito feneratorios habendi sunt. Aures itaque claudere non patiens iunioribus, qui arguentes obstruunt conditiones praescriptae in Bulla, sunt iuris humani: ergo contraria abrogari consuetudine valent, & per non usum aboleri. Aures, inquam, istis claudere: quoniam si ius humanum per usum contrarium aboleri potest; pericula tamen perpetrandi usuras non abolerentur per usum exercendi census qui spectem usurae praeservant; sed augentur, & multiplicantur.

VII. *Animadversio sexta.* Ex iis que diximus, collige, in classes tres tribus conditiones posse in Bulla contentas. In prima ille collocatur quas diximus ad ius naturale, divinumque pertinere. In secunda collocatur ille que ius humanum continent, quaque prescripte sunt ad evitanda usurarum pericula; ut sunt ille que iubent precium solvi pecunia numerata; que anticipatas solvitiones, conventionisque obligantes ad casus fortis prohibent; que facultatem tribuunt censuario alienandi rem censui suppositam; que probent mororum debitorem ad interesse lucri cessantis obligare (nota, prohiberi compensationem lucri cessantis, secus dandi emergentis) que declarant censum extingui, aut minui, precepto aut in totum, aut in partem fundo censui subiecto. Quin conditio hanc ad ius naturale pertinere videtur. Hanc conditiones, & alia eiusmodi ad ius humanum pertinere videntur. In tertia classe collocanda ille sunt que veluti ad decorem, & honestatem civilis commercii reduci valent.

VIII. *Animadversio septima.* Servandae non sunt admissim omnes conditiones istae? In id sane incumbendum, ut lex tota diligenter, & sincere observetur. Ceterum in unaquaque lege que plura complectitur, & que pluribus subiecta circumstantiis est, ea primum servari debent omnino que vel ipsam rei substantiam spectant, vel eidem proxime, vel propius accedunt. Divinarum cupiditas istis illa est ad quam maxima hominum pars alidit. Censuales contractus tantum sunt momenti, & tanta usurarum suspitione laborant, ut quatuor summos Pontifices sollicitant ad quatuor edendas extravagantes constitutiones. Summa ergo cautio, summa vigilantia opus est in earumdem executione. Cavendum ne, sicut S. Pius V. promuntiavit, homines propter avaritiam simul non observasse antecessorum Pontificum constitutiones, ita impropandum sit, constitutionem Piam non servari ob impotentem lucrum, & usurarum altum. S. Pius V. doctores, probiorisque sui temporis Theologos in consilium adhibuit, antiquam quam ederet constitutionem. Quare auctoritas non ferenda videtur, quod constitutio post tres alias constitutiones super eodem argumento, post tot consilia, post tot severa examina, post fas ad Deum preces edita, paucorum ioniorum distinctiunculis, & circumlocutionibus elidatur. Curandum igitur ut exacte, quod fieri potest, in omnibus servetur. Si aliqua postremis classis conditio-

nes neglectae bona fide sint; ea adhibenda prudentia est qua in cuiusque humanae legis observantia uti pii, doctique viri solent.

VIII. *Salmanticenses tract.* xiv. cap. iv. *puncti* 2. §. 1. referunt, Regem Philippum II. libellum supplicem porrexisse Pontifici summo Pio V. ut pro Hispania impretaret exemptionem a praefata constitutionis observatione. Imprudens essem, si negarem suspensionem factam fuisse. At iure nego, Pontificem summum supplicationem eiusmodi probasse. Nec verbum pontificii responsi exhibent sive Salmanticenses, sive alii Auctores, qui tale factum narrant. An Christiani Hispani eximendi sunt a preceptis que iuris naturalis, & divini sunt; aut ab iis preceptis que pericula usurarum & fraudum vitanda iubent? Eiusmodi autem sunt omnia, praeter paucas leviores momenti conditiones, quae in praefata constitutione praescribuntur. Quid? Pontifex summus, post tres constitutiones, supplicem hunc piis viris, & consulis gravissimis Theologis, & consulis edidit constitutionem pro universalis Ecclesiae; & continuo eandem pro Germania, pro Italia? Cur Hispania eximi ab hac constitutione debet, secus aliarum nationum Christiani? An census frequenter non celebrantur aequo in quolibet regno, & provincia ac in Hispania? Hanc narratio similis est, qua dicitur, Sixtum V. viva voce oraculo suam constitutionem adversus contractum trinum retractasse. Hac interpretatione, seu narratuncula, ut mea minima praesert opinio, haereticorum derisioni exponunt Romanae Sedis constitutiones. Quid? Solemniter Bullae publicantur pro tota Ecclesia; & secreto haec, aut illa natio ab illarum observantia eximitur? Est ne aliqua verisimilitudo, S. Pium V. talia praestitisse? Hac ne credenda sunt, nullo allato authentico documento?

CAPUT XIII.

Nonnulla quaestiones de censibus resolvuntur.

I. *Quaest. I.* Iure naturale spectato, licitum ne pactum est quo obligatur censuarius, ut reclinat censum ad arbitrium emptoris? Resp. Censum esse redimibilem ad nutum venditoris, nisi perpetuum sit, fatentur omnes. Disputant dumtaxat, num obligari venditor possit ut reclinat censum ad beneplacitum emptoris. Adfirmat

firmant Valentia 2. 2. *disp. v. quaest. xxii. puncti* 6. Lessius *Lib. II. cap. xxii. dub. 10. Castropalaus tract. xxxi. disp. vi. puncti* 24. Layman *Lib. III. tract. iv. cap. xviii.* Haec opinio laxa, & manifeste falsa est, spectato solo naturali iure. Ratio evidens est. Quoties tradit pecuniam, vel usum cuiuscumque rei consumptibilis cum pacto ut tantumdem restituar, usura est, si accessiones praeter sortem exigas. Id autem in praesenti evenit. Si quidem emis censum mille aureorum pretio, Quinquaginta in annos singulos exigis. Censuarium cogis ut post triennium, aut sexennium censum redimat eodem pretio, seu ut tibi reddat mille aureos, in sortem non computatis annuis accessionibus, seu pensionibus. Quid amplius ad verum mutuum requiritur? E contrario res se habet, dum ex parte solus venditoris remanet facultas redimendi censum. Haec enim facultas non tollit veram emptionis, & venditionis rationem: quia venditor potest mutuum redimere censum: & ex parte emptoris ratio mutui nec haberi, nec timere potest. Quare emptor vere emit, cum pretium traditum repetere nequeat. Hanc sententiam committit defendunt Thomistae. Dominicus *Soto Lib. VI. quaest. vi. art. 3. concl. 1.* Ludovicus Lopez *Lib. I. de contract. cap. lxxii.* Tapia *Lib. V. quaest. xviii. art. 2. num. 7.* Prado *cap. xviii. quaest. vi. num. 41.* Salmanticenses *tract. xiv. cap. iv. puncti* 2. §. 7. *num. 5.* Trallenchus *Lib. VII. cap. xxii. dub. 6.* Villalobolus *tract. xxiii. diff. v. num. 2.* Saloisius *art. 3. de censib. contror. xix.* Aragonius 2. 2. *quaest. lxxviii. art. 4. concl. 4.* Covarruvias *lib. 2. variet. cap. ix. num. 4.* Sylvester 2. *quaest. lxxviii. art. 6. quaest. 11.* Carolus Billaut *diff. v. art. 1. §. 3.* & alii plures.

II. *Quaest. II.* Obligari ne venditor iuste potest, ut redimat censum eodem monetae in specie qua emptus est? Resp. Si aequale sit incrementum, & decretum tunc est contractus alterum est: quotiam tunc est contractus alterum est: quotiam tunc est contractus alterum est: sicut commoda est emptori in redemptione talis pecunia aurea, vel argentea; ita sit utilis venditori in venditione; si ut adspirationem, sine adnegotiationem. Cavendum tamen ne frus obrepat.

III. *Quaest. III.* Licetum ne pactum est quo obligetur venditor ut, si redimere censum velis, totum sinas, & non per partes redimas? Resp. Duo Pontifices Martinus V. & Callixtus III. ut vidimus, statuerunt ut venditor possit vel in totum, vel in partem censum redimere. S. Pius V. in sua constitutio-

ne istius classulae non meminit: quod argumento est noliuisse hunc Pontificem talem conditionem subditare. Ex alia parte, si ius naturale spectetur, aequum est ut sicut emptor totam integram summam simul numeravit, ita totam litteram recipiat. Accedit quod haec redemptio per partes incommoda fit emptori, & perniciosa. Et haec opinio communis est.

IV. *Quaest. IV.* Pereunte fundo supposito censui, perit ne census iure natura? Resp. S. Pius V. ut vidimus, iam determinavit, pereunte sive in totum, sive in partem fundo subiecto censui, extingui censum ipsum. Salmanticenses *tract. xiv. cap. iv. puncti* 2. §. 4. hanc veritatem quaestionem, negantem opinionem defendunt, spectato naturali iure. Quotiam, inquam, fundi non supponuntur censui, sed ex istis pensionibus solvantur, sed ut ipsa solutio securior sit. Immo, inquam, supponatur ut pignus, & hypotheca, non ut fundamentum censui. Sed etiam si pignora pereant, aut hypotheca, non cessat obligatio. Haec ipsi totidem fere verbis. Dum heretici usurarium patroni haec legant, iure argunt, licitam esse usuram, si eiusmodi census legitimi sint. Quid enim, nisi verum mutuum, pignore adiecto muniam, licet census isti? Non supponatur fundi census, ut inde solvantur pensiones. Quid ergo emit censuita? Nihil. Aut si quid emit, accessiones supra sortem emit. Fictum sunt census isti, & pallia usurarum. Ultra res ille laut praeter ceteris crudeliores, quod pignus etiam portitent. Sed insistant Salmanticenses, frequenter sic insitit census in Hispania. Et ergo subdo in Italia, in Germania, in Galia, & alibi. Quid inde? Avaritia, aditernum, usura, & cetera vicia ubique plus & minus grassantur: ergo licita? Hanc opinionem recitamus ut manifeste improbare vel ipsi Lessius, Valentia, Toletus, Rebellus, Molina, & alii. Censui enim eiusmodi est puram perpetuam mutuum; ut cuique rem serio perpetuam constare potest.

V. *Quaest. V.* Licetis ne census est cui ampliores fundi, parte non designata, subiciantur? Resp. S. Pius V. ad usurarum pericula, & fraudes tollendas praecipit ut determinata fundi pars subicienda censui designetur. Insunt prudenter mandatum est; cum ex eius omissione plures oriuntur lites solent, & ficti census. Si ius naturale spectetur, designatio non est necessaria. Sed iure Pontificis summi designationem praecipit ad tollen-

lendas fraudes, & iniustitias quae ex omissione designationis oriri solent. Nam si pars fundi, pura domus, aut praedii, perit, pro rata perire debet emptori census, spectat enim naturali, nedum positivo iure. Si enim totum praedium, aut tota domus supponitur censui; obligatio comprehendit totum praedium, vel totam domum. Ergo si totus fundus, aut pars eundem perit, totus, aut pars quoque census perire necesse est. Nonne pars, tamen si indefinita, illius fundi amplioris, subiecta censui, gravata est census onere? Ergo pro rata perire debet census emptori. Alioquin, artem solo naturae iure, nedum in re pontificio, iniuste gravaretur census venditor, si eadem soli perire totus fundus, cuius pars censui supposita est, deberet. Neque paritatis de emphyteusi, quam obduere adversarii solent, quidquam officit. Axioma est: *Nisi res perita tota, non liberatur emphyteusia*. Fundus in emphyteusim traditur cum exiptione pensionis onere proprietario solvenda. Porro emphyteuta, non pro fructuum rata, sed in testimonium directi domini pensionem solvit. At censuarius solvit pensionem iuxta proportionem fructuum, quos pars fundi censui subiecta parere solet.

VI. Nonne in asecurationem fundi subiecti censui, subicitur omnia bona venditoris, omnemque eiusdem actiones tum praesentes, tum futurae solent? In quolibet census instrumento eiusmodi cautiones adiunguntur ad fundi suppositi censui securitatem. Verum habet. Sed eiusmodi cautiones, si hypothecae solum securum reddunt fundum ad eversionem, nempe, si fundus esset alio censu gravatus, fideicommissus esset subiectus, vel aliquo alio debito onus, tum cetera venditoris bona supplere deberent. Ceterum nunquam illam clausulam, *obligatio omnium bonorum* &c. eo pertinet, ut si domus incendio pereat, aut praedium fluvio absorbeat, teneatur venditor ex aliis bonis pensionis solvere. Sed quia haec perquam raro accidunt, ideo a fastidiosa explicatione abhinc.

VII. Quaestio VI. *Licitus est ne census vitalis?* Resp. Contractus iste hoc celebrari pacto solet. Do tibi centum aureos, ut quoad vixeris ego, vel tu, vel Paulus, vel nepos &c. solvas mihi sex, vel octo &c. quorannis. Non delent qui hanc contractum damnant, veluti proscriptum a S. Pio V. Verum nulla in illius Pontificis constitutione mentio est talis contractus. Damnatur utique in eadem census personalis, in persona industria contractus; at de census vitalis nec vola ibidem apparet. Quare communiter

Theologi hunc censum absolute probant, praeculis fraudibus, & dolis. Est enim contractus alicui, & merae fortis, in quo aequale periculum est pro utraque parte. Non ergo fundatur census ille in iure ad percipiendos fructus salvo capitali, sicuti census personalis; sed in contractu fortis, vi cuius partes aequiliter se exponunt periculo damni, & laeri. Licitus est census ille, etiam si fundatur in praedio: e. g. Do tibi centum aureos, ut solvas mihi ex tuo praedio fructus, donec viveris; quoniam tunc designatio praedii est in asecurationem contractus fortis.

VIII. Quaestio VII. *Licitus ne est contractus vulgo dictus A. godere?* Resp. P. Diana Tom. VI. tract. III. *resol. 20. ait*, frequentissimum in Italia esse contractum istum; eundemque ut istum autem licitum defendit. Contractus ille hoc pacto celebratur. Sempronius dat tibi suam domum, vel suam agrum; & tu eidem das pecunias tuas, quae respondent valori domus, vel praedii, mutuo hic recipientem: Tu utere pecunia mea; & ego utar domo, aut praedio tuo. Ego, quando voluero, repetam pecuniam meam; & tu fundum tuum. Vel tu quinquennio, aut decennio utere pecunia mea; & ego quinquennio, vel decennio utar fundo tuo. Honestate contractum hunc iuniores aliqui cum Diana contendunt larva venditionis, & emptionis, cum pacto retrovenditionis, & redemptionis. Sed est aperta circuitio, & mutui larva. Licitus utique est contractus venditionis cum pacto redemptionis, seu retrovenditionis in favorem venditoris. Pactum e contrario redemptionis in favorem emptoris, tradentis pecunias, semper est feneratorium, ut supra dixi. Siquidem ad contractum venditionis, & emptionis requiritur ut qui vendit, vere velit vendere; & qui emit, vere emere velit. In hoc contractu neque qui vendit, vere vendere vult; neque qui emit, vere emere. Sed qui pecunias tradit, ex mutuo recipit, & quid rem utilem tradit, pignum fructiferum consignat mutuatore. Nescit recipere ad contractum innotinatum valent iuniores; cum contractum istum proprio nomine appellent *godere a godere*. Notus itaque mutuator, seu qui tradit pecunias, ius sibi reservat ad eas repedendas, purum putumque mutui contractum celebrat. Et ideo si post perceptos fructus non computandos in fortem, capitale exigit, utramque perperat. Quare contractus ille feneratorius est; nec praxis, seu corruptela, tamen est universalis, eundem ad usura pergit. Si contractum licitum & iustum inire velint, vendat

Sem-

Sempronius fundum Caio cum pacto retrovenditionis, adempta Caio facultate repetendi pecunias suas. At, inquit, contractus iste non est commodus Caio, qui libertatem sibi reservare vult repetendi pecunias suas; cum non sit deterioris conditionis quam Sempronius. Scio contractum hunc commodum non esse Caio; sed ideo quia contractum feneratorium amat. Ceterum si hoc pacto commodum non est contractus, ab eodem ablineat; cum ipsum nemo ad eundem cogat. At si pactum sibi reservat repetendi pecunias, utram committit. Quid quod vel ipsi adversarii, Medina, Conradus, Covarruvias, docent pactum istud non esse in Republica permittendum?

IX. Quaestio VIII. *Quomodo distinguantur census a livellis?* Resp. Varia assignat discrimina P. Paulus Comitulus Lib. III. *Resp. mor. quae. xxix. Primum*. Venditio census remanet fundi domus & proprietarius. In livello fundi dominium, & proprietatem acquirunt emptor. Secundum. In censu dominus fundi solvit annuam pensionem; in livello domino pensio solvitur. Plures alias discrimina rationes assignat Comitulus, quas brevitate gratia praetereo, cum non sint magis ponderis.

CAPUT XIV.

De ludo, & iocis. *Quomodo tum in sermone, tum in scriptura adhibendi iocis, & facies sint.*

I. Plura essent de ludo dicenda, si ex inilitato talem dispicere materiam vellem. Ioannes Barberyacus haereticus tres edidit de ludo tomulos. Plura laxa, & erronea docet, quae aliqua eruditione, ex Thyers, & aliis conquesta, aspergit. Cum ludo ad corporis oblationem inilitato, fortis ludum consumat. Marpheum peremptum Iesuitam carpi, qui singulari divini Numinis favori vertit, S. Patriarcham Ignatium in ludo quodam, evassisse videtur: *Hoc enim est*, inquit Barberyacus Lib. I. cap. II. §. 4. *profluvium miracula*: quasi deceat divinam Maiestatem ludis se immiscere. Verum, occasione data, vice etiam arrepta, audacis scribilariorum impolituram repellere lubet, & ut veritati litem, & ut praferam aliqui summi illius obsequii quo sanctissimum Patriarcham, & doctos, probolque eiusdem Socioscolo. Si enim laxa quorundam Iesuitarum, sicut & aliorum, opiniones pro re nata libere confuto; aequum est ut eadem sinceritate tot sapientes, doctolque Iesuitas debitibus laudibus

non defraudem. Sed haec obiter. Validus autem Barberyacus audaciam retundere nequeo, quam exscribendo elegantissimam narrationem quae P. Marpheus rem exponit Lib. III. cap. v. „Parisiis pro iocum invitatus a nonnulli quodam, vellet ne trucidalis ludere, in quibus in oblonga mensa per angulum forniceum eburnea pila traiecit. Ego vero ludam, inquit Ignatius. At enim quae sponsione, subicit ille, qui pecunia careas? Tum Ignatius. Hac sponsione, respondit, ut certo utique dieorum numero tibi deserviam; verum arbitrato tuo, si viceris tu; meo, si superior ipse discessero. Quum ea conditio placuisset: age sane: in certamen descendit. Quumque minus calleret Ignatius, divinitus factum est ut in singulis omnino traiecit victor evaderet, lubidine exclamante adventario, hic merito plebi, qui Ignatium provocasset; teque divinum iudicium proflus agnoscere. Peracto deinde certamine victum victor ab inanibus curis, & occupationibus in aliquot dies adductum, et sponsione spiritualibus exercitacionibus diligenter excoluit: torpentemque situ, ac delictis animum ipsius ad salutarem Dei meritum, aeternaeque vite cogitationem excitavit. „Solus Barberyacus divina prodigia, quibus ad pietatem, ad Dei amorem, ad aeternae salutis negotium ferventius capellendum excitantur homines, vellere, & arrodere poterat. Innumera alia eiusdem adversus pietatem, & sanam morum doctrinam errata quibus illius traiecit de ludo scateat, praetereo, & in viam regressor.

II. S. Thomas praeclear de more ludi notionem, & prerogativas delibret 2. 2. *quae. clxxviii. tribus articulis. Quae art. 2. docet*, sibi transcribere lubet. *Respondeo dicendum*, quod licet homo intelligat corporali quiete ad corporis refecillationem, quia non potest continuo laborare propter hoc quod habet finem virtutem, quae determinat laboribus proportionatam; ita etiam est ex parte anime, cuius etiam est virtus finita ad determinatas operationes proportionata. Et ideo quando ultra modum suum in aliquas operationes se extendit, laborat, & ex hoc fatigatur; praefertim quia in operationibus anime simul etiam laborat corpus, in quantum scilicet anima intellectiva utitur virtute per organa corpora operantibus. Sunt autem bona sensibilia commutabilia homini. Et ideo quando anima supra sensibilia elevatur, operibus rationis intentis, nascitur exinde quaedam fatigatio animalis, sive homo intendat operibus rationis practicae, sive

spe-

speculative; magis tamen si operibus contemplationis intendat, quia per hoc magis a sensibilibus elevatur; quamvis forte in aliquibus operibus exterioribus rationis practica maior labor corporis consistat. In utroque tamen tanto aliquis magis aere fatigatur, quanto vehementius operibus rationis intendat. Sicut autem fatigatio corporalis solvitur per corporis quietem; ita etiam oportet quod fatigatio animalis solvatur per animae quietem.

Quies autem animae est desolatio, ut supra habetur est... cura de passionibus agere. Et ideo oportet remedium contra fatigationem animalis adhiberi per aliquam delectationem, intermissa intentione ad investigandum studio rationis; sicut in Collationibus Patrum.... legitur, quod B. Iohannes Evangelista, cum quidam scandalizarentur, quod cum discipulis suis ludem invenirent, dicitur mandasse uni eorum, qui eum gerebat, ut sagittam traheret: quod cum plures fecisset, quæsit, utrum hoc continue facere posset; qui respondit, quod si hoc continue faceret, arcus frangeretur. Unde B. Iohannes subintulit, quod similiter animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intentione relaxaretur. Huiusmodi autem desolatio, vel facta, in quibus non queritur nisi desolatio animalis, vocantur ludera, vel iocosa. Et ideo necesse est talibus interdum uti, quasi ad quandam animae quietem.

Et hoc est quod Philosophus dicit in IV. Ethic.,... quod in huius vita conversatione quadam regulis cum ludo habetur. Et ideo oportet interdum aliquibus talibus uti. Circa que tamen videtur tria esse præcipue cavenda. Quorum primum & principale est, quod practica delectatio non queratur in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus, vel nocivis. Unde Tullius dicit in I. de Offic.,... quod unum genus iocandi est illiberale, perulans, sagittosum, obscenum. Aliud autem attendendum est, ne totaliter gravitas animae resolvatur. Unde Ambros. dicit in I. de Officiis.... Cavemus ne, dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quali concentum quendam bonorum operum. Et Tullius dicit in I. de Offic.,... quod sicut puer non omnem ludem licentiam datus, sed eam que ab honestatis actionibus non sit aliena; sic in ipso ioco aliqua probi ingenii lumen eluceat. Tertio autem attendendum est, sicut & in omnibus aliis humanis actionibus, ut congruat personæ, tempori, & loco, & secundum alias circumstantias debite ordinetur; ut scilicet sit temperans, & homine dignus, ut Tullius dicit ibidem.... Huiusmodi autem secundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem se-

cundum rationem operans est virtus moralis.

Et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus quam Philosophus.... eutrapeliam nominat: & dicitur aliquis eutrapelus a bona conversatione, quia scilicet bene convertit aliqua dicta, vel facta in solatium; & ingenuum per hanc civitatem homo refrenatur ab immoderantia ludorum, sed modestia continetur.

III. Ludus itaque in se ipso virtus potest, si necessaria moderatione exerceatur. Sed distinguenda hæc tria sunt, iocus, ludus, & lusus. Iocus verbis factus, ludus factis peragitur, lusus quodammodo utrumque comprehendit, & ad voluptatem pertinet, & solius voluptatis gratia exercetur.

IV. Virtus ad quam ludum, vel iocum S. Thomas reducit, iuxta Aristotelem eutrapelia dicitur: quam nos, inquit Angelicus postumus dicere incantitatem, vel urbanitatem, & comitatem. Verum vitia, & virtutes istidem affines sæpe confunduntur; & vocabulorum abusu scurræ vocari faceti, & iocosi solent. Heinc non pauci Theologi omne iocorum, & factiarum genus improbant: quia præfatis vocibus scurrilitates, nugæ, & gerras intelligunt.

V. Porro, ut ludi, iocæ, factiæ vitæ careant, virtutique accedant, tria servanda sunt. I. Verba obscena, turpia, illiberalia vitanda, ut ipse M. Tullius animadvertit Lib. I. offic. cap. xxxv. ubi inquit: Duplex est omnino iocandi genus, obscenum, illiberale, petulans, sagittosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, factum. II. Ne plus æquo animi gravitas remittatur, neque ultra moderationis, & sobrietatis constantiam iudicis, & iocosis vacet. Freqventer homines lepidi & facti contra hanc regulam peccant, dum continenter sermones suos salibus, argutiis, & leporibus aspergunt, animoque ad nimiam dissolutionem impellunt. Hos increpat M. Tullius loc. cit. cap. xxxiv. his verbis. Ex quibus illud intelligitur, ut ad officii formam revertantur appetitus omnes contrahendos, sed ardentes, excitandamque esse animadversionem, & diligentiam, ut ne quid temere, ac fortuito, inconsiderate, negligentemque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum, & iocum facti esse videamur; sed ad veritatem potius, & ad quadam studia graviora, atque maiora. Ludo itaque, & ioco uti illis quidem licet, sed sicut somno, & quælibet ceteris, tum cum gravibus, seriisque rebus satis fecerimus. Ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenium, & factum esse debet. Ut enim pueris non omnem

licentiam

licentiam ludendi datus, sed eam que ab honestis actionibus non sit aliena; sic in ipso ioco aliqua probi ingenii lumen eluceat. III. Habenda est temporis, negotii, & personarum ratio. Servandæ omnes conditiones sunt quæ ad virtutis officium attinent. Nec fat est ut ludi, & factiæ sint honestæ & temperatæ; sed congruere insuper debent loco, tempori, personæ, & negotio quo de agitur.

VI. Porro sicut sermo iocorum sale aspergendus est ad animum, quibuscumque vivimus, solamens, ita quoque scripta nostra simili oblatione condenda sunt. Homines nimium severi, graves, superciliosi agretem, molestamque humanam societatem efficiunt: similiter Scriptores qui semper eodem severitatis tenore causam orant, tadio lectores afficiunt, a lectione abducunt, & finem suadende veritatis amittunt. Quamvis epulæ bonæ sint qualitatis, nisi suavi condimento preparatæ, atque dispositæ fuerint, nauseam, fastidiumque ingerant. Levandi lectorum animi, atque ad lectionis cursum temperato factiarum illicio adiuvandi, agendaque sunt. Veniamus inquit M. Tullius Lib. II. de Orat. multum in casu per sepe lepore, & factiis profici videt. Lectiones prolixæ fatigant animum: nam dum gravia & momentosa considerat, corporis vires franguntur, extenuanturque. Quare nisi aliquo solamine recreetur, facili, atque succumbit. Id tamen animadvertendum, facilius in scriptis quam in sermone, iocorum immoderatione effici non posse. Personæ dignitas, dum presens adest, sæpe linguam coercet. Callamus neminem videt, distantes alloquitur. Quare lopus omnis est temeraria, & personis, quarum opiniones relectantur, semper parcendum, errata tantum acri, aut iocoso illo perstringenda; eoque omnia tendere debent, ut illa personæ dignitate, veritas suadeatur. Ut autem te intra moderationis confinia detinens, illud Ciceronis animo hæreat, hominibus (inquit) factis, & dictibus difficillimum habere bonimum rationem, & temporum, & ea que occurrant, cum saluberrime dici possint, tenere.... Dicit enim autem Ennius, flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bonam dicta tenet. Hæc scilicet bona dicta que salia sint. Nam ea dicta proprio appellantur iam nomine.

VII. Utrum nos, post molestissimas de censibus, de cambis, & lexentis aliis salebrosas questionibus, de iocis, & factiis pauca disputationis nostræ opportune inferuerimus, iudicent prudentes rerum arbitri. Interea ad Conc. Theol. Tom. VII.

quæstiones quas de ludo movere Theologi solent, discutientes accedo.

CAPUT XV.

Nonnulla quasi-nuclei de ludo iure, aleæ, & sponsione.

I. Quæst. I. Ludus propter lucrum principaliter intentum vitiosus non est? Resp. Gabriel in IV. dist. xv. quæst. xlii. conclus. 3. Tostatus in cap. vi. Matthei, quæst. lxx. & lvi. & alii plures graviter peccare contendunt propter lucrum ludentes. Quoniam, inquit, tunc delictatur damnum proximi, & violatur præceptum Decalogi, Non concupiscas rem proximi tui. Quam rationem alii oppugnant: quia desiderare rem proximi, licito contractu obtinendam, omni peccato caret, nedum gravi. Sed ille discutendum, si ne licitus contractus sit propter lucrum finis?

II. Quæst. II. Qui principaliter ludum propter lucrum, peccantne saltem venialiter? Resp. Negant communiter Probabiliter. Non est peccatum, inquit Cardinalis de Lugo disp. xxxi. ordinare medium ad finem qui utilis sit, si finis licitus est. Lucrum est finis. Ergo ludere propter lucrum omni culpa caret.

III. Hanc opinionem, quam fallam reputo, aperte improbat S. Thomas 2. 2. quæst. lxxvii. art. 4. ubi statuit, mercaturam ipsam que est propter lucrum querendum, quamdam superbia habere, quia delerit cupiditati. Eam licitam reddit necessitas, aut publica, vel privata utilitas. Ludus suapte natura tendit ad animum recreandum. Animi solamen est finis ludi, non lucrum. Ergo lucrum perturbat ordinem, & detorquet ludum a suo fine. Quid quod lucrum de intentionem habere possit, sed solum ad aliquid finem necessarium dirigi valet? Ludus itaque propter lucrum principaliter intentum manifeste ordinem intervertit, vitioque laborat: tum quia contra ius naturam privatum sine, ad quem institutus est: tum quia ordinatur ad lucrum, quod finis rationem habere nequit. Hæc omnia manifesta sunt.

IV. Quid de illis qui ludunt preces sacras, ita ut victus tot salutationes angelicas, tot psalmos recitare pro purgatorio animabus debeant? Hoc peccare affirmant Ludovici Lopez II. Part. Instruct. cap. xxxii. Vega verb. Ludus, & alii: quia, inquit, immittent ludus profanus; & si civiliter victos obligare vellent, simoniam committerent. Hanc ego

Z

opi.